

pius, vſu quoq; priuato cognouit, quã-  
 tumuis ſpeciem præ ſe ferret venenati  
 remedij, intra corpus aſſumi, citra noxę  
 cuiuſpiam maiorem metum, perfacilẽ  
 poſſe. Bruta ait, id innoxie deuorant.  
 Quum enim vermibus ſcatent, quod ex  
 anhelitu dignoſcunt paſtores veterina-  
 rij, auellane nuciſ dimidiatum putamẽ,  
 argento viuo fartum, & faucibus inie-  
 ctum, quaternis licet vicibus ſi deglu-  
 tierint, nullo grauiore malo ſucceden-  
 te, ad ſe reuertunt. Et pueris in extremo  
 periculo conſtitutis, quibus cætera nil  
 profuerunt, duorum triumve granulo-  
 rum milij quantitate euidenti cum ſuc-  
 ceſſu exhibuiſſe ſe liberẽ fatetur: id qđ  
 Braſauolum quoq; medicum doctiſſi-  
 mum factitauiffe, non ignoramus. Go-  
 ritienſes mulieres, teſte Matthiolo, la-  
 borioſẽ parturientibus drachmæ pon-  
 dere, nullis incommodis potandũ de-  
 dẽre: vnde perſuaſum ipſe habuit, ar-  
 gentum viuum ni pondere, vel menſura  
 excedat modum, potantes haud eneca-  
 re. Iacobus Syluius, elegans eruditusq;  
 medicus, quouis modo paratum, hispa-  
 nicæ ſcabiei, vel ſumptũ vel admotum,

*Li. de Stirp.  
 examine.*

*Lib. 5. in  
 Dioſc. 70.*

*Lib. 1. de  
 Medicam.  
 ſimpl.*